

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus ... Ad Sacrum Exequiale Quod Melitissimo Infanti Matthiae Conrado Döbelio Dn. Tutores & Affines ... adornatum experunt, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat ... : [P.P. Rostochi die Iulii Anno MDCLXXXIV. Sub Sigillo Rectoratus]**

Rostochi[i]: Weplingius, [1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439034>


Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,  
in  
M. C. Döbel.

Rost. 1684.

551







PROGRAMMA

<sup>Quo</sup>  
RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANNES BAC-  
MEISTERUS, D.Med. & Sup. Math: Prof. f. Facult. Med.  
Senior & p. r. Decanus.<sup>Ad</sup>  
Sacrum Exequiale<sup>Quo</sup>  
*Mellitissimo Infanti*

MATTHIÆ

CONRADODOBELIO,

DN, Tutores &amp; Affines hodie horâ primâ

adornatum experunt,

*Omnes omnium Ordinum Civēs Academicos  
officiosè & speramenter invitat.*

Conventus fiet horâ primâ in Æde

D. Mariæ sacrâ

ROSTOCHI,

PRAELO JOH. WEPLINGII, UNIVERS. TYPOGR.



Vousq; tandem **MORS** truculen-  
ta *Domum Döbelianam* convelles,  
concuties? Quem ad finem nos  
tua depascere voracitas? nondum  
densatis funeribus ædes hæc sa-  
tis funestasti? Hiant & fatiscunt  
adhuc vulnera, quæ infixisti, ea-  
dem nunc nondum consolidata refricas. Ante  
aliquot annos surculū subnascenrē **ERNESTUM**  
**FRIDERICUM** falce tua succidisti: non ita pri-  
dem radicem ipsam aggressa utramq; *Domus Co-*  
*lumnæ* deiecisti, & *Virum Nobiliss. Excellentiss.*  
*Experientissimum* **DN. JOANNEM JACOBUM**  
**DOBELIUM**, *Med. D. & Prof. P. celeberrimum,*  
*Comitem Palatinum Cæsareum, nec non Civitatis*  
*Rostochiensis Physicum merentissimum, amicum*  
*Collegæ & Compatriem nostrum honoratissimum,*  
*ejusque Conjugem charissimam Fœminam No-*  
*bilissimam* **ANNAM ELISABETHAM** ab **HIL-**  
**LEN**, præter omnem omnium spem atque ex-  
pectationem prostrasti. Quos enim paucos an-  
te obitum dies integros atque valentes in pacato  
floridoque matrimonio conspeximus; hos fati  
confortione per mortem non minus quàm in vi-  
tâ junctos insolens nobis & triste spectaculum  
nec non memorabile Exemplum præbuisse vel o-  
mnes

omnes fateri cogimur, Romanæ quidem fidem  
lyræ prædicat

*Felices ter & amplius*

*Quos interrupta tenet copula, nec malis*

*Divulsus querimoniis*

*Suprema citius solvit amor die.*

Verum nos jure multo meliori felices prædicamus non illos temerarios, vulgivagos spurcos amores, sed hujusmodi castos conjugales, ne morte quidem ipsa dissolutos. Noster enim DOBELLIUS lubens eo transire, Conjugemque dilectissimam comitari voluit, quò ante biduum illa, jubente ita summo vitæ necisq; arbitro, commearat: Maluit morte beatâ jungi, quam vita distrahi. Desævitum jam sperabamus, sed nondum saturatum Summanum Numen ulterius progressum, ex novem superstibus post obitum Parentum Liberis minimum natu MATTHIAM CONRADUM per aliquot dies Variolis laborantem die xxviii. Julii anni currentis cio dccc lxxxiv. intra octavam & nonam maturinâ eripuit, postquam quatuor saltem Menses & aliquot dies in hoc mundi ergastulo vivendo absolvisset. Natus namq; die primû X. Martii hujus anni. Quærebatur quidem huic parvulo ab ipsâ horâ natali variis cum morbis conflanti fida post Parentum ex hac mortalitate

abitura



abicum Nutrix, quæ ipsius curam gereret: ve-  
rum huic nimis citò Præfata substituenda fuit.  
Frustra autem inclemens & imitare fatum accu-  
samus. Aeterna Lex est, à principio dicta omni  
huic mundo, nasci, denasci, oriri, abortiri, nec  
quicquam stabile ac firmum Arbitrè ille rerum  
esse voluit, præterquam semet ipsum. Antiqui  
sapientes vitam humanam cum Fabula compa-  
rare solebant. Fabula non quam diu, sed quam  
benè acta sit, perpendi solet: sic & vita; quæ  
nec brevis, neq; imperfecta dici meretur, si ho-  
nesta & bona. Ubiq; desines, si benè de-  
sines, tota est. Diu vivere neque felicem neq;  
beatum efficit. Nam & sæpe numero illi, quibus  
vix altera vivitur ætas, tutius commigrant ad plu-  
res, quam qui jam sinistra ceperunt numerare an-  
nos. In hoc mortalis vitæ stadio omnes viatores  
sumus, ad unum scopum festinantes, quem qui  
temporarius attingit, is creditur melius consuluisse  
rebus suis. Voti quidem res fuisset, *Conjuges*  
*Döbelianos* variis vitæ periculis jam defunctos in  
proposito educationis novem à summo Numine  
ipsis concessorum thori pignorum stadio non  
impediri: Sed aliam eis metam summus nostri  
curriculi Præses & Agonotheta præviderat, ad  
quam feliciter & sine impedimento pervene-  
runt.

runt. Hanc metz adeptionem nefas est ipsis in-  
videre. Celebratur ap. Valer. Max. sepul-  
chrum Tarentinum, quâ Plantius & Horestilla  
parfidissimorū Conjugum conditi, quodq; fuerit  
in scriptum *φιλῶν ἡ. e. Amantium.* Meretur non  
aliter inscribi tumulus, quo conditi sunt,

*Qui duo corporibus, mentibus unus erant.*  
**JOANNES JACOBUS DÖBELIUS & ANNA ELISABE-  
THA** ab HILLEN, nunc à nobis ultimò nominandi.  
Multo minus Infantulo huic, cui jam justa persol-  
vimus, & cujus gratia hoc scriptiois genus in-  
nos suscepimus, præmissis jam charissimis Paren-  
tibus grata hæc metamorphosis invidenda. Prout  
enim aureum vasculum non patimur per medi-  
am suppellestem culinariam aut jacere diu, aut  
proletariis usibus inquinari, sed recondimus tu-  
to loco, & à cætero censu segregamus: Ita puras  
infantiles animas, auro contra preciosas, supre-  
mum Numen non sinit diu permisceri impurita-  
tibus terreni orbis, sed procul inquinamentis,  
procul periculis, procul negotiis infert in secu-  
ram sedem, ubi neq; à tineis arrodi, neq; situ squal-  
lere, unde neu vi, neu fraude auferri possunt?  
Ubi tutissima est felicitas, & felicissima commo-  
ratio. Pater, si quem cernit filium demersum  
inter fluctus medios, eum quam ocyssimè eripe-  
er &

rē & à præsenti interuentione vindicare studet.  
Vita hæc mortalis pelagus est, in quo miseriarum  
& scelerum decumanæ procellæ obrutos tenent,  
minanturque adigere ad præcipitem perniciem,  
omnes navigantes aut natantes. Felices illos,  
& terq; quaterq; beatos, qui maturè inde extra-  
hantur! Nunc verò & suâ quadam ac congeni-  
tâ sorte ad ociores interitum, diemq; fatalem  
properare solent *Infantes*. *Adolescentum* indo-  
les firmior est: *Homini*bus *stata ætatis* robur &  
virtus triplex circa pectus hæret. *Senes*, seu quia  
obduruerunt ad pertinaces insultus rerum exter-  
narum, seu quia sagacius & cautius eadem admi-  
nistrant, non tam facile nec subito quatiuntur.  
In tenellâ infantili ætate quibus cum miseris, cum  
imbecillitate tam membrorum quam mentis non  
conflictatur Homo? Quot agitur periculorum  
fluctibus? quam pronus est ad omnes mortis, ad  
omnes ægritudinum carervas & genera? *Juue-  
nes* ad mortem, quæ Sphynx est, properant cur-  
runtq; binis pedibus; *Senes* trinis, *Pueri* quaternis.  
Horum multos vidimus qui ipsos se enecarunt  
vociferatione & ploratu. Vidimus quos Nutrix  
somno vinoque sepulta improvido oppressu ade-  
git ad mortem. Non sunt profectò leves af-  
flictiones, ad quas hæc ætas suo genio solet incli-  
nare

nare: inter centos vix viginti ex naufrago hoc æquore naviculam in salutis vitæque portum iterum reducunt. Supra nominato parvulus MATTHIAS CONRADUS DOBELIUS documentum nobis luculentum hujus mei effatî exhibet: quor enim dies hæc in mortali vita transegit, tot fere morborum insultibus divexatus fuit. Cujus Progeniem longa serie hic recensere supervacaneum planè esse duco. Quis enim Parentes ipsius toties laudatos in hæc Civitate non optime novit, quos prognatos à DN. JACOBO DOBELIO Symmista quondam Gedanensi ejusq; Conjuge ELISABETHA DN. JOANNIS BARTHEKII Pastoris olim Gedanensis & JUDITHÆ MULLERÆ filia. nec non DN. D. JOANNE CHRISTOPHORO ab HILLEN ejusdemque Uxore ANNA ELISABETHA, DN. FRIDERICI COTHMANNI Jcti & CATHARINÆ JUNGÆ filia percepimus. Spatium, quo in humanâ versatus fuit societate, viraque hujus fabulam peregit, breve sanè est & angustum, sed optime & piè & beatè absolutum. Dixi antea, parum referre, quocunque loco finias: satis esse, si clausulam imponas bonam. Nimirum & Prima & ultima dies absolvunt humanæ peregrinationis conditionem: eumque felicem

felicem fuisse iudicamus, cui & accipere lucem,  
prosperare, & reddere placide contigit: Cujus  
beatitatis cum & parvulum hunc DOBELIUM  
participem factum sciamus, merito huic gaude-  
re & gratulari debemus. In hac vita nil ampli-  
us superest, quod pia animulæ præstari possit,  
quàm ut Manes ejusdem Exequiis decentibus  
honorentur. Cum itaque hodie Corpus ex ani-  
me matri suæ terræ reddendum sit, postulat à  
nobis, Cives Academici, Genus & Familia hujus  
Infantis, ut officio nostro fungamur, quod Chri-  
stianæ condolentiz, humanitati ac civilitati con-  
gruar. Eamus ergo frequentes, & inter eun-  
dum, universam Sobolem Döbelianam adhuc su-  
perstitem, nos ipsos, Urbem, Academiam, Pro-  
vinciam Meclenburgicam, totamque adeo Ger-  
maniam nostram afflictissimam DEO commen-  
demus, ac Mortalitaris memoriam refrice-

mus. P. P. Rostochii die xxx. Julii Anno  
MDCCXXXIV, Sub Sigillo RECTO-  
RATUS.





GK







nare: inter centos vix viginti e  
æquore naviculam in salutis vit  
iterum reducunt. Supra nominat  
**THIAS CONRADUS DöBEL**  
tum nobis luculentum hujus me  
quot enim dies hac in mortali vit  
fere morborum insultibus divex  
Progeniem longa serie hic rece  
neum plane esse duco. Quis eni  
us toties laudatos in hac Civitate  
vit, quos prognatos à DN. **JAC**  
**LIO Symmista** quondam Gedan  
juge **ELISABETHA DN. JO**  
**THEKII** Pastoris olim Gedanen  
**MULLERIAE** filia. nec non  
**NE CHRISTOPHORO** ab  
demque Uxore **ANNA ELISA**  
**FRIDERICI COTHMANNI JO**  
**RINÆ JUNGIAE** filia percepti  
quo in humana versatus fuit fo  
hujus fabulam peregit, breve t  
stum, sed optime & piè & be  
Dixi antea, parum referre, qu  
nias: satis esse, si clausulam im  
Nimirum & Prima & ultima di  
mana peregrinationis conditior



o hoc  
rum  
**MAT.**  
men  
hiber:  
t, tot  
Cujus  
vac  
es ipfi  
ne no  
**OBE**  
Con  
**BAR**  
**THÆ**  
**OAN.**  
ejus  
DN.  
**THA.**  
arium,  
itaque  
angu  
tum.  
oco fi  
nam.  
int hu  
que  
licem